



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LXXIX. ANNI 1676. 2. OCTOBRIS.

1676

EXTRAORDINARIÆ RELATIONES

ANNI 1676. 2. OCTOBRIS.

Viennâ, 17. Septembris.

Solis præteritâ, cum sub vesperum Eberipago
Shuc ad Cæsareum palatium reverterat Augustus
Imperator, pijssimè defunctæ Archi-Ducis Austriacæ,
magnæ Ducis Florentiæ funus sub nonam vespertina
in castro Cæsareo ad Ecclesiam RR. PP. Dominicanorum
per quadraginta & octo Cæsari à Camera
sele invicem alternatim sublevantes, præeuntibus pul-
chro ordine & virginis ardentibus cædis unâ arina-
ris in- & extraneo Clero, Urbis Magistrata, omni-
bus hic degentibus Ministris, extra- & ordinario
Nuntiis Apostolicis, Oratoribus Hispanis, extero-
rum Principum Legatis, quatuor Abbatibus, Præla-
tis & Suffraganeis, portabatur, sequentibus Cæsa-
re Augusto, Imperatrice viduâ, Archi-Duce Prince-
pe Mariana post se magnum syrna Nobilium trahen-
tibus: hac funebri pompâ parentum in Ecclesiam,
cujus altaris pretiosis argenteis inter ornamenta lu-
gubria candelabris micabant, cum funus illatum or-
dinariis Ecclesiæ Ceremoniis; benedictione Suffraga-
neo, inferebatur Cæsareo tumulo: *requiescat in San-
ctispace*: alterâ Lunâ Cæsar Eberipagum con-
cedebat: hesternâ huc reversus prandebat apud Imper-
atricem viduam. Obitu Marchionis Pio vacans Ge-
neralis campi-rei tormentariæ Præfæti dignitas à
Cæsare in Campi-Marescallum Cobb, qui cum Prince-
pe Holfatiæ totâque phalange Cæsarea Demni-
nium obsidet, est translata: paucis ante diebus Gen-
Commissario Capliers Cæsar ministravit quadren-
genta florenorum paratorum millia; Castris adhi-
benda: Orator Turcicus, qui curruis duodecimâ ap-
puhit, ante triduum ad Comitibus Montecuculi allo-
quii admittitur, conquerebatur de insolentium Hei-
dockensium & Hussarorum excutiendi libertate, ro-
gabaturque dimissionem Bassæ & aliorum Turcorum,
quos hujare captivitate inferuerunt vinculis. Ora-
tor Gallicus hærens in Polonia Marchio de Bethune
rebellibus in Vugaria subpedavit vim magnam pec-
uniz, numero 7000. prope VVesermarij subfistenci-
bus, malique plurimum frustra spirantibus; nostrates
enim ijs quam vigilantissimè attendunt: Rex
Galliæ Cardinalibus Romam profectis ducenta flo-
renorû millia dedit, quibus quid boni conciliant Gal-
liis. Comes de Souches sperat, fore se Ducem militie
nostri rebelles frenaturi.

Parisij, 22. Septembris.

Cum multa multis à Provinciis copie bellicæ in
unam phalangem coire jubeantur in distributo-
rio præfixo prope *Monsnusfel*, milleque prætoriana
jam jam videatur illuc abiturus, existimamus, no-
vam hanc manum maiortiam cogitare in Lotharing-
am, quotidiè enim firmis credimus. Germanos
trans Tractum Mosellæ per illam in Galliæ viscera
pro viribus irrepturos, quibus nos, quantum vires
patientur, anteveremus, & ipse Princeps Condæus
his Germanorum irruptionibus conabatur illudere:
potrè, quamvis divulgetur, nihil expeditionum in
Hispanum Belgium hoc autumno superesse; frequen-
ter tamen multis certò affirmant Regem illuc propo-
suum iter institurum, nam exarandorum novi scri-
bendi militis disponsatû expeditionem protraxit in
reditum suum à Belgio. Marescallus de Luxemburgh
Cæsare edocuit Regè de Philippopoli præsidio Gal-
lico exoneratas, imbellibusque suorum viribus, quæ
Germanis diutius resistendo impares ob Cæsareum

Exercitum copiis Imperialibus auctum: hodiè Curfor
ille remittitur. Caetero rescimus, bis mille ruricolos à
Bellanois itineri quidem accinctos fuisse Dunker-
kam; remissos tamen ob certas expeditiones maturè
detectas: Madrito, Baronem de Bergeick in Angliam
legandum, Principem Parma Neo-Pro-Regem Cata-
loniæ prodiisse stipatum quinque peditum millibus, bis
mille quingentis equitibus & non paucis tormen-
tis bellicis, quibus Bellegardentibus minaretur obsi-
dionem: hoc audito, nostrates, numero pauci, in Rus-
siliam dicuntur gressus relegisse.

Hafniâ, 22. Septembris.

Dum aer autumnalis, in dies singulos ingrave-
scens vehementius, veter in alto naumachias hab-
berit, Sveci classem suam exonerent; epibatis &
milite classico terrâ adversus hujates usuri; festas
etiam classem nostram remeabit ad quietem hyemalem,
ut Nos quoque militem nostrum illâ eruamus, eo-
que castra campæstria instauremus, Hollandiæ verd
rates in portus suas revolabunt: lapsâ Lunâ Rex nos-
ter castra sua centum Imperialium millibus recens
donata promovit in *Labelm*, sequutus Principem
Holfatiæ Ploensem, qui cum equestribus aliquot co-
piis præmissus est, roborâ Halmstadiensium circum-
quaque exploraturus: autumamus; Regem, dum
urbem illam obsidebit, castra circumvallaturum, ne
sinistri quid Exercitus Svecicus, qui duobus trans
Valckenburgum miliaribus fugit, minari possit aut
meditari audeat: victoria quam Gen. Major Tonnè
Huytsfeld prope *Friderichshalt* à Svecis reportavit;
nedum confirmatur; sed etiam ruricolæ *Bleckingen-
ses* Svecicum sup. hospitiorum Designatorem & Gu-
bernatores portus Carolini masculum tenuissimè
corporis quatuor peditibus magnam in castra Danica
vinctos duxerunt, duodecim Imperialium millibus;
quibus instructus masculus, spolio oblati. Ante octi-
dium audita fuerunt ferocissima tormentorum ful-
mina, quibus Göttenburgum verberari suspicabamur.
P. S. Rex noster milliarium abest Halmstadio,
non tamque potuit adoriri Civitatem; omnes enim
pontes Sveci exusserunt, eoque Rex reparabit prius;
quam transstrare possit, urbemque infestare.

Argentoratæ, 25. Septembris.

Dux Luxemburgicus ex *Endigen* tendit in *Staufen*,
hunc locum ex quo prior expulatus, modo expul-
saturus & quidquid annonæ supellectisque super-
est ad Mercyniam usque silvam *Schvyartzwald*, ab-
repturus in vindictam, quod inmissos Friburgo bis
mille Cæsares abstinere nocuerunt cum Brisacia tur-
per bis mille fasciculos feni consumserit inopi-
nâ flamma, Gubernator & Præfectus toti circumja-
centi patriæ mandant, tot straminis fasciculos ad
urbem dictam transferre, quot ruricolorum penuria
nequit corraderi: sola Civitas Colmarienfis sedecim
fasciculorum stramineorum & tria vaforum avenæ
millia pendere jubetur sub poena gravi: subjugatio
Philippopolensis turbavit Gallorum animos, adeo ir-
ritatos, ut nesciant modum vindicandi: urbeulam
Zetenheim expilarunt, omnemque illinc filiginem &
strumenta Brisacia transvexerunt & agros trans-Rhe-
nanos funditè cogitant excindere: præteritâ hebdo-
made Gallicæ sexcentorum equitum & aliquot pede-
strum centuriarum turmâ sub imperio Ducis Mon-
clat procul dubio prædationibus intentam Cæsareus
Gen. Major Schultz improvise offendit, adeoque lan-



guinolentis ensibus certavit, ut Gallorum quadringenti occubuerint, inque prædam sibi relicti ultra quingenti pabulabundorum equi. Ante aliquot dies duæ Gallicæ Equitum legiones ex Alsacia ad Marefcallum de Crequy in Lotharingiam destinabantur, quas brevi tres aliz sequentur: in inferioribus Alsatiz partibus quæ ferocitate Galli in miseris indigenis sæviant, nemo pro dignitate exprimet: viciniores Hagenoz agricolæ coguntur omnia frumenta pabulumque ad urbem illam transvehere spe tenuissimæ aris, aut flammis tradere; Galli siquidem Cæsarea castra non immeritò metuunt. Rhenum trajectura. Aderit nobis hodiè Margravius Badensis Duflacensis. Sub finem prioris septimanæ Hagenoana aliquot equitum peditumque cohors arcem in Seltz, hucusque inter ipsas flammarum fauces conservatam, igne devastavit.

Offenburg, 25. Septembris.

Currentis vigesimæ, præsentibus Principe Lotharingico & omnibus Generalibus, tormentis & bombardis Civium prædiariorumque tertio applaudentibus, in Ecclesiâ principe ovantes decantavimus Hymnum Ambrosianum, egimusque grates Deo de restituta recens Imperio Philippopoli. Generalis Schultz cum cohortibus aliquot propè Friburgum morans in hostilia castra irrupit inopinatè, trecentis que trucidatis, spolio cepit centum & quinquaginta equos cum labaro & paucis captivis, referentibus, non opus pugna cum Exercitu Luxemburgico, quem quotidiani hostes innumeri morbi & dysenteria plus dicto consumunt. Castra Cæsarea semi hinc absunt hora, multùm aucta Imperiali milite sub auspiciis Campi-Marefcalli Margravii Badensis: hostis pedetentim cedit, partem peditatus sui jusit Rhenum transire, pontem cis Brisacum sustulit & erans applicuit, rusque crudellis devastat: quamprimùm vires peditatus Cæsareus refocillaverit fractas viarum difficultatibus, experiemur, in quas immitendus expeditiones.

Hamburga, 26. Septembris.

Nidius tertius huc rediit è castris Danicis Princeps Fridericus Holfato. Seleviscentis Cæsareus Generalis, celeritissimis itineribus Viennam cogitans cum viginti & unius ministrorum syntate. Curiz nostræ heri affixum est mandatum Cæsareum de Sveciæ & Gallicis effectibus, cambijs & pecunijs sub pœna indignationis gravissimæ inquirendis & arrestandis, cui quæ parendum promittuntur, videbitur: sub neutralitatis titulo plurimùm gravamur & patimur, Svecizantes divulgant epistolam Rigensem, quasi Tartari in Moscoviam irrupissent. Heylensem seu Scoticam causam Magistratus noster Viennam misit, ibidem desinendam. Comes de Vviridischgratz currentis vigesimæ subiit Bremam, ubi Orator Cæsaris Baro de Landsee congregatis Deputatis proposuit, 1. Augustum Cæsarem lætari de progressibus Confederatorum, quod zizania Svecica radicibus ex agro Bremenfi evulsa & in Sveciam remissa; 2. Contractus divisionis Episcopum Monasteriensem inter & Principem Cellensem initos approbandos esse ab Aula Cæsarea; 3. S. Cæsarem Majestatem sperare, Confederatorum arma commune Imperij bonum ulteriùs promotura, &c. In Pomerania Confederatorum progressus è voto succedunt, Stettinenses à milite Brandenburgico circumsepe eminus, eorandem Telonium clandestinè invasione Brandenburgicorum debellatum, amplè denique resurget spes subjugandi Stettinum.

Ex Tractu Albis, 26. Septembris.

HAt Gottenburgo de ultimâ præteritâ Augusti litteras biduo accepimus: tempus aliquod Exercitus Dano-Guldenlevvici gravissimis nos vexavit molestiis, de die in diem ad nostras usque portas videbamus Danos accurrere prædabundos; agrique circumfisi ad pendenda tributa cogebantur: post hæc hostilitates tandem & continuas excursions Gene-

Imprimebat P. P. TRVS HILDEN S. C. M. P. R.

ralis Guldenlevv cepit obsidere munitionem Babus, quam ejusmodi circumvallationibus seferat, ut quicumque spectator in summam earundem admirationem traheretur: exstruxerat triginta suggestus, quorum aliqui è solis conglutinatis saxis grandibus, excedentibus crassitie corpus quinque aut sex ulnarum, inter quos colliculos eminebant aliquot gerrarum millia; quamprimùm verò cognoverat, Regni Svecici Grammateum Comitem Magnum de la Garde adproximare cum Exercitu viginti & uno virore millium, quorum bis mille exercitati armigeri, ceteri autem rucolæ, inter quos sexies mille uterentur sclopetis rimatis adeò doctè in seopum collimantes ut & minus nummus tangeretur; vigesimam sextam inter & septimam solvij obsidionem Bahufianam, fugitque VVennersburgum, ubi adhuc dum subsistit; credimus Regem nostrum venturum huc Gottenburgum: Bahutiani, audita Danorum fugâ, proruperunt, relicta impedimenta in urbem ovantes traxerunt, & quæ trahi non poterant, inflammârunt: præterquam, quod Comitem Magnum de la Garde Generalis Guldenlevv timuerit, dicunt nonnulli, eum diutiùs nequissè subsistere propter defectum grandiorum tormentorum: anhelamus nunc avidissimè ad secundum ventum, quo quatuordecim nostræ rates bellicæ è portu in altum sub Imperio Thalassii Seeblat trahanur, dimicentur cum circumvagantibus Danorum navibus. Alteras accepimus Rigâ hujus tenoris: hoc rerum statu non metumus bellum cum Moscis, cum ad Tartaros, qui in Moscoviam irruerunt, repellendos, è finibus nostris revocentur manipuli Moscorum: utrasque à Svecis exaratas litteras veritati in multis parcere, prudentiores autumant. *Vltrajecto, 29. Septembris.*

Cum hospitia Cæsareorum & Hispanorum Cæduceatorum necessariâ suppellectile adornentur Noviomagi, illos proximis existimamus adfore. Princeps Auriacus dies aliquot consumet in Soestdick, ubi præteritâ hebdomade ab Anglorum Oratore D. Tempelio salutatus. Advocatus Dni de Groi dicitur ultimè heri dedisse responsum ad propositiones sibi factas, quo examinato, ocausa decidetur. Quæ è finibus maris lapsâ Veneris inaudita fulmina, Hollandicæ piscatorum conducticæ & Gallorum piraticæ evibrârunt, uni Gallicæ fatalla. Exoneranda Gallico præsidio Trajectum & Limburgum fortè frustra speramus, quamvis id deditio Philippopolensis & cogitantes in Lotharingiam Germani (vadeant amice), nos terque in Belgio Exercitus urgeat.

Ex Tractu Mosæ, 30. Septembris.

Quamvis multos recenter currus quocunq; nervo fartos, ad Huygensè munimentum usque bis mille, inde verò trecentis equitibus comitatos Trajectum feliciter Galli deduxerint; nihilo tamen minus multorum est opinio, quod Rex Christianissimus, accuratè mentis trutinâ ponderans, indomitas Germanorum vires Gallis appproximare cladesque minari irreparabiles, re & tempore exigentibus, statuerit spontè Trajectum & Limburgum exonerare præsidio & destitère, ut Exercitus Schombergicus in phalangem ob quædam urbes munitas roboratisve prædiariis humiliter, in metuenda denuò castra, accedentibus Trajectinis & Limburgensibus, exaltet, uniatque Luxemburgico; unicus verò cum Principe Lotharingico prælietur, à quo certaminis aut hostilis aut Gallicæ salus dependeat, summoque finem urendi flamma belli. Trajectenses interea plures è superioribus Mosæ partibus propugnacula destruxerunt, quorum operis restantur propugnacula destruxerunt non metuunt sui obsidionem, cum, quæ se pœna tantæ frangendis insidibus, tùm, quia Monasterienses & Lunaburgicæ copis ad Tractum Mosellæ coguntur, munimentum Dauphinense roborant fortissimè, quoque ad frontem obarmant propugnaculo.

F
N
minu
maxi
gis n
& pe
in ca
hosti
tis ad
tubic
Magr
vivit
Exer
ad un
tione
cater
hanc
tos a
ri ca
& ter
stor
resci
mate
ratos
gia u
dies:
ni &
bunt
& pa
rati
Cod
ue pr
Ex C
E
rum
vet
Prin
page
vian
vuit
confi
obji
tist
di:
pulv
pron
dis t
roru
stilib
donâ
habi
tis D
C
Cæ
fiat
Reun
cano
grav
Phil
Impe
tur,